



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Brevis Vita S. Simplicii, Episcopi Augustodunensis, ex Greg. Turonen. lib.  
de Confeßorum gloria cap. 76. & 77. Floruit temporibus Constantij Imper.  
Interfuitq[ue] vna cum S. Seruatio, Concilio ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

ut vinclata venia, locus veniae non relinquatur. Herodes facit adulterium, & Iohannes in carcere mittitur. Herodes cum sua adultera epulatur, & nefandis peccatorum fordibus se contaminat; Iohannes verò sanctissimum corpus incredibili abstinentia macerat, & omni contentione laborat, ut miserum regem ab anima peste & interitu sempiterno liberet, & tamen saltatrici & adulteræ filiæ libidini, per summum scelus permittitur.

Sed haec est vera illa iustorum prudentia, ad quam Iohannes, teste angelo, incredulos traducatur erat; nimis ut quid anima nostræ dignitati, quid corporis vilitati debeamus agnoscentes, utriusque curam pro dignitate geramus. Quisquis igitur ad Iohannis felicitatem & gloriam aspirat, is hoc mortalitatis corpore neglecto, & in servitute spiritus redacto, totum studium suum, in anima sua, cunctis virtutum & gratiarum opibus excolenda, ponat.

Prudentia  
iustorum.

BREVIS VITA S. SIMPLICII, EPISCOPI Augustodunensis, ex Greg. Turonen. lib. de Confessorum gloria cap. 76. & 77. Floruit temporibus Constantij Imper. Interfuitque una cum S. Servatio, Concilio Agrippinensi, celebrato post consulatum Amantij & Albini anno Domini. 346. Item Sardicensi, anno sequenti. Fuit verò eiusdem nominis, insignis meritis, alias Simplicius, Episcopus Bituricensis, cuius egregias laudes scribit Sidonius lib. 7. epist. 10. numeraturque decimus quintus eius sedis Episcopus.

24. Iunij.

**D**ecedente Egemono, beatus Simplicius non minus nobilibus quam diuitibus or-

tus n.

etus natalibus, nobilissimæ coniugi sociatus, Au- Simplicius  
gustodunensi præponitur Ecclesiae. Accepto igitur continenter  
tur pontificatus ordine, beata soror, quæ non li- viuit cum uxore virgi-  
bidine, sed castitate viro sanctissimo coniuncta ne.  
fuerat, primò quidem molestè ferebat, se à thô-  
ro pontificis submoueri, existimans virum san-  
ctū alterius alicuius mulierculæ amoribus im-  
plicitum, propriam despicere coniugem. Cum-  
que die quodam clanculum explorare velleret,  
quid episcopus in cubiculo ageret, inuenit eum  
post meridiem dormientem, & agnum immensæ  
claritatis, in pectore eius quiescentem. Quo vi-  
so sanè perterrita, velociter se à lectulo sancti re-  
mouit; nec adiecit ultrà querere, quid vir Deo  
plenus ageret in occultis, quem diuina cælestia-  
que assidua mente agitare cognoscebat.

Sed sœua dæmonis inuidia, contra Dei san-  
ctos mox probrofa excitat bella, verbisque sub-  
dolis infamare nititur; Quid plura? Die illo quo  
Christiani festiu gaudio, Christi pro nobis in  
terris nati memoriam recolunt, ciues improbi,  
dæmonis instinctu commoti, ad beatam virginem  
rapido cursu contendunt, aiuntque fieri nō pos-  
se, ut vir & mulier eadē in domo vinculo ma-  
trimoniali sociati, à corporis commixtione ab-  
stineant. Salomonis enim sententiam esse: Ne-  
minem in sinu ignem, sine combustione gestare  
posse. Itaque cùm importunis clamoribus ciues  
instarent, eamque miris modis calumniarentur,  
virgo sanctissima illorum improbitate commo-  
ta, pontificem simili castitata pollentem aggre-  
ditur, replicatisque coram omni populo sermo-  
nibus quos audierat, vocat puellam, (hæc au-  
tem tunc arculam plenam, ut affoleat pro iniu-  
ria hyemis, carbonibus retinebat) expansoque

Prou 6.  
Ex hoc po-  
puli scandas  
lo animad-  
ueristi potest  
Episcopis  
non licere  
vxorem ha-  
bere.

Ttt 2 pallio

## VITA S. SIMPLICII

1020

**Nota p̄cclia-** pallio prunas ardētes suscipit, & ferē horā vni-  
**xū miracu-** us spatio tenens, sacerdotem euocat dicens; Ac-  
**lum.** cipe mitiōrem solito ignem, nequaquam tuis  
 velaminibus nōciturum, vt ostendant in nobis  
 hæ flammæ extinctas esse flammas luxuriae. Sus-  
 cipiente verò pontifice, nihil nōcumēti velami-  
 ni ignis intulit; prorsus, vt tātō miraculō popu-  
 lis incredulus, protinus fidei lumine illustra-  
 retur, & intra septem dies, plusquā mille ho-  
 mines sacrō latice tingerentur.

**Dea Bere-****cynthia a-****pud Gallos.**

Ferunt etiam in hac vrbe simulacrum fuisse  
 Berecynthiæ. Hanc cùm pro saluatione agro-  
 rum ac vinearum suarū, misero gentilitatis mo-  
 re deferrent, adfuit Simplicius antistes, haud  
 procul aspiciens cantantes atque psallētes arte  
 simulacrum, gemitumque pro stultitia plebis e-  
 mittens ait; Illumina quæso Domine oculos hu-  
 ius populi, vt cognoscat simulachri huius vani-  
 tam; & facto signo crucis contra Berecynthiæ,  
 protinus in terram ruit, ac defixa solo anima-  
 lia quæ plaustrum quo vehebatur, moueri non  
 poterant. Stupet vulgus, & deam l̄sam omnis  
 caterua conclamat; immolantur victimæ, ani-  
 malia verberantur, sed moueri non possunt.  
 Tunc quadringenti de stulta illa multitudine,  
 aiunt ad inuicem. Si virtus illa est deitatis, eri-  
 gatur sponte, iubeatque boves qui tellure suu-  
 stabiliti, procedere. Certè si moueri nequit, ma-  
 nifestum est nihil esse diuinitatis in ea. Tunc ac-  
 cedentes, vnum de peccbris immolarunt;  
 cumque viderent deam nullatenus mo-  
 ueri posse, reliquo gentilitatis er-  
 rore, inquisitoque antistite;

Christo ex animo nomina  
 dederunt.

BEATI